

boiscion (iambicum octametrum catalecticum)

IVBA frg. 80 Hense ap. RVFIN. p. 18.11 d'Alessandro (GL VI 564. 1 sqq.) de octametro boiscio idem (*scil.* Iuba) sic dicit, 'octametrum (*scil.* iambicum) catalecticum, quod appellatur boiscion: (Boisc. fr. 233 [SH p. 87] Lloyd-Jones-Parsons)

Βοῖσκος ἀπὸ Κυζικοῦ, παντὸς γραφεὺς ποιημάτων,
τὸν ὀκτάπουν εὐρῶν στίχον, Φοῖβῳ τίθησι δῶρον.
Boiscus is de Cyzico, novi repertor carminis:
nam primus octonopedem versum deo dicavit'.

ΑΡΤΗΘΝ. GL VI 82. 25 sqq. admonemur hic quod apud Graecos celebratur non pratermittere, Boiscum Cyzicenum supergressum hexametri legem iambicum metrum in octametrum versum extendisse sub huius modi epigrammate: (Boisc. fr. 233 [SH p. 87] Lloyd-Jones-Parsons)

Βοῖσκος ἀπὸ Κυζικοῦ, παντὸς γραφεὺς ποιημάτων,
τὸν ὀκτάπουν εὐρῶν στίχον, Φοῖβῳ τίθησι δῶρον.

quod si imitandum est, apud nos erit et iambicus talis:

beatus ille qui procul negotiis forensibus
ruris sub umbra frigidi vitam quiete placat;

qui constat ex duobus tetrametris, superiore acatalecto, sequente catalectico, quod enorme esse manifestum est, cum ultra numerum triginta temporum egressum sit.

RVFIN. p. 11.24 sqq. d'Alessandro (GL VI 558. 7 sqq.) versus Rufini grammatici de metris Terentii et Plauti et ceterorum.

agnoscit metrum servatque Terentius artem.
nam prologos trimetro didicit componere versu
scaenarumque actus primos pede claudit eodem:

...

tetrametros sequitur, quem finxerat ille Boiscus:

quales sunt isti versus: (Ter. *Andr.* 175)

mirabar, hoc si sic abiret et eri semper lenitas.

qui sequitur dimetrus est, id est pedes simplices quattuor habet: (*Andr.* 176) verebar quorsum evaderet.

RVFIN. p. 13.24 sqq. d'Alessandro (GL VI 560. 3 sqq.) de metris comicis: tetrametros trimetrosque capit comoedia versus. tetrametrum primus fertur posuisse Boiscus.

[S.D.B.]